

chalybs, maniceps, hydrops, torrens, tridens, rudens, occidens, oriens, confluens & profluens Substantiva. Fons pro cratera est etiam Fœmininum, Plaut. in Stich. 54.

Communia sunt: scrobs, adeps, serpens, quod apud Oratores sæpius est Fœmininum.

Animans pro animali est Omne, sæpius Fœmininum.

Bidens pro ove Fœmininum, pro sarculo Masculinum. Stirps pro arbore seu trunco est Commune.

Neutra sunt: Ens, accidens, antecedens, consequens.

Regula decima octava.

In X Fœminina sunt: ut, pax, nex, nix, nox, nux, falx.

Excipiuntur:

Mascula sunt: Anthrax & dropax, nyctikoraxq₃, Thorax, arctophylax, cordax, barpaxq₃, colaxq₃, Grex, fornix, phœnix, spadixq₃, calixq₃, dioryx, Bombyx vermis, Eryx & Cryx, quib. addito coccyx, Atq₃, calyx, volvox, esox, traduxq₃, larynxq₃.

In EX disyllaba Masculina sunt:

Præter hæc Fœminina: vibex, balex, carex, forfex, forpex.

Communia sunt: hic vel hæc limax, objex, silex, culex, pumex, cortex, varix, onyx, sardonix. Itē hæc & hic imbrex, perdix, matrix, hystrix, lynx. Abax Græcè Masculinum, apud Latinos ICTos Fœmininum est.

Calx